

pori, sensum aquorum retinere tradunt, semperque aestu maris recedente inhorrescere: praeterea dextrae pinnae uim soporiferam inesse, somnosque allicere subditam capiti.

De piscibus pilo carentibus, & quomodo pariant, & quot eorum genera. CAP. XIII.

Pilo carentium duo omnino animal pariant, delphinus ac uipera. Piscium species sunt lxxiii. praeter crustus intellecta, quae sunt xxx. De singulis alias dicemus. Nunc enim naturam tractantur insignium.

De nominibus & naturis multorum piscium. CAP. XIV.

Praecipua magnitudine thynni. Inuenimus talēta quindecim pedēdisse. Eiusdem caudae latitudinē duo cubita & palmum. Sunt & in quibusdam annibus haud minores, silurus in Nilo, esox in Rheeno, attilus in Pado, inertia pinguescens, ad mille aliquando libras, catenato captus hano, nec nisi boum iugis extractus. Atqui hunc minimus piscis appellatus clupea, uenā quandam eius in faucibus mira cupidine appetēs, morsu exanimat. Silurus grassatur ubicunq; est omne animal appetens, equos natantes saepe demergēs, praecipue in Mæno Germaniae amne prope Lisboun. Et in Danubio mario extrahitur, porculo marino similimus: & in Borysthene memoratur praecipua magnitudo, nullis osibus spinisue intersitis, carne praedulci. In Gange Indiae platanistas uocāt, rostro delphini & cauda, magnitudine autē xv cubitorum. In eodem esse Statius Sebosus haud modico miraculo affert, uermes Branchijs binis lx cubitorū, ceruleos, qui nomē a facie traxerūt. His tantas esse uires, ut elephantos ad potū uenientes, mordicus coprehensa manu eorū abstrahant. Thynni mares sub uentre non habent pinna. Intranat e magno mari Pontū uerno tēpore gregatim, nec alibi fatiscant. Cordylla appellatur partus, qui fetas redeūtes in mare autūno comitatur. Limosae uero a luto pelamides incipiunt uocari, & cū annuū excessere tēpus, thynni. Hi mēbratim caesi, ceruice, & abdomine commendantur atq; clidio, recentiduntaxat, et tum quoq; graui ructu: caetera parte plenis pulpametis sale asseruantur. Melandria uocatur, caesis quernis assulis similima. Vilissima ex his quae caudae proxima, quia pingui carēt: probatissima quae faucibus: at in alio pisce circa caudā exercitissima. Pelamides in apoleptos particulatimq; cōsectae, in genera cybiorū dispartitiuntur. Piscium genus omne praecipua celeritate adolescit, maxime in Ponto. Causa, multitudine annuū dulces inferentiū aquas. Amia uocāt, cuius incrementum singulis diebus intelligitur. Cum thynnis haec & pelamides in Pontū ad dulciora pabula intrant gregatim cū suis quaeq; ducibus, et primi omnium scōbri, quibus est in aquis sulphureus color, extra quae caeteris. Hispaniae cetarias his replent, thynnus nō comitantibus. Sed in Pontū nulla intrat bestia piscibus malefica, praeter uitulos & paruos delphinos. Thynni dextra ripa intrant, exeunt leua. Id accidere exi-

stimatur, quia dextro oculo plus cernant, utroque natura hebet. Est in euryppo Thracij Bosphori, quo Propontis Euxino iungitur, in ipsis Europā Asiāq; separantis freti angustijs, saxum miri candoris, a uado ad summa perlucēs, iuxta Chalcedonem in latere Asiae. Huius aspectu repente territi, semper aduersum Byzantij promotorium, ex ea causa appellatū auricornū, praecipiti petunt agmine. Itaq; oīs captura Bizantū est, magna Chalcedonis penuria, D. pass. medij interfluentis euripi. Opperiuntur autē aquilonis flatum, ut secundo fluctu exeāt ex Ponto: nec nisi intrātes Pontum Byzantij capiuntur. Bruma nō uagatur: ubicunq; deprehensi usq; ad aequinoctium ibi hybernāt. Iidem saepe nauigia uelis euntia comitātes, mira quadā dulcedine p aliquot horarū spatia & passuum milia a gubernaculis non separantur, ne tridente quidem in eos saepius iacto territi. Quidam eos qui hoc e thynnīs faciunt, pompilos uocāt. Multi in Propontide aestuant, Pontū non intrāt. Item solea cū rhombi intrent: nec sepia est, cū loligo reperiatur. Saxatiliū, turdus et merula desunt, sicut cōchylia, cum ostreae abundēt. Oīa autē hybernant in Aegeo. Intranantium Pontū soli nō remeāt trichia. Graecis enim in plerisq; nobis uti parerit, quando alijs atq; alijs eisdem diuersi appellare tractus. Sed hi soli Istrum amnem subeunt, ex eo subterraneis eius uenis in Adriaticum mare defluūt. itaq; & illic descendētes, nec unquā subeūtes e mari, uisuntur. Thynnorum captura est a Vergiliarum exortu ad Arcturi occasum: reliquo tempore hyberno latent in gurgitibus imis, nisi tepore aliquo euocati, aut plenilunij. Pinguescunt & in tantum, ut dehiscant. Vita longissima his biennio. Animal est paruum, scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc se & thynno & ei qui gladius uocatur, crebro delphini magnitudinem excedenti, sub pinna affigit aculeo: tantoque infestat dolore, ut in naues saepenumero exiliant. Quod & alias faciunt altorum uim timentes, mugiles maxime, tam praecipue uelocitatis, ut transuersa nauigia interim superiacent.

De augurijs & diuersitate pisciū. CAP. XVI.

Sunt et in hac parte naturae auguria, sunt, et piscibus praescita. Siculo bello ambulante in littore Augusto, piscis e mari ad pedes eius exiit: quo argumēto uates, spōdere Neptunum patrē, adoptato tū sibi Sex. Pompeio (tanta erat naualis rei gloria) sub pedibus Caesaris futuros qui maria tempore illo tenebant. Piscium feminae maiores quam mares. In quodā genere omnino non sunt mares, sicut in erythinis & chanis. Omnes enim ouis grauidae capiuntur. Vagantur gregatim fere cuiusq; generis squamosi. Capiuntur ante solis ortum: tum maxime piscium fallitur uisus. Noctibus quidem illustribus aequae quae die cernunt. Amunt & si iteretur gurges, interesse capture, itaq; plures secundo tractu trahi quam primo. Gustu olei maxime, dein modicis imbribus gaudent alunturq;. Quippe & harundines, quamuis in palude prognatae,

* uates respōdere, Neptunū patrē adoptātem eū sibi Sex. Pompeio re pudiatō. tāta

* teratur
* iactu

non